

POESIE LATINE DE LEON XIII

Au sujet du livre de Mgr Fava, le Secret de la Franc-Maçonnerie

AN MDCCCXCVIII

CUM LIBRUM PERLEGISSET CUI TITULUS.

Le Secret de la Franc-Maçonnerie

RESCRIPSIT

Extulit ecce caput vesano incensa furore
E stygiis inimica cohors erupta latebris.
Divinum Numen maiestatemque verendam
Agreditur : Christi Sponsam mordere cruento
Dente audet, premere insidiis atque arte maligna ;
Prælia mox effrons certamine miscet aperto.
At sacra iura Dei, sua iura Ecclesia Christi
Assueta infernas durare interrita pugnas
Vindicat ; erectoque animo, virtute superna
Hostiles icarus, hostilia tela refringit,
Et fera tartarea detrudit monstra sub umbras.
Tum palmas referens, illustri clara triumpho,
Altoque astringens radiantia lumina cœlo
Incedit meritâ frontem redimita coronâ.

LEO XIII